



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentarius Pavli Bernriedensis, Antiqui Scriptoris, De
Vita Gegorii VII. Pontif. Max.**

Paulus <Bernriedensis>

Ingolstadii, 1610

XXXIII. De visione quam simul viderunt in Epiphania, Herluca & Douda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65381)

XXIX. Tardante autem desiderium eius Hadeuiga super mutatione habitus eius, ventū est ad piissimā, & religiosissimam viduam nomine Doudam, cuius filius erat Vdalricus de Corninga, vir expectabilis genere, fortitudine, & proceritate, huius ergo cognoscens virginalem affectum ex dulcedine cælestis melodiæ conceptum: *non sit, inquit, tibi filia cura, quod Hadeuiga super sedis tibi sacrum mutatorum dare: quia ego te vestiam*
omnium tunicarum valdè bona,

a melote.

XXX. Qua protinus Iudita, non multò post sacro velamine à venerabili^b Vdalrico Pataviensē Episcopo tunc apud Reitenbuch hospitante, & Heinricianā persecutionem declinante cōmunita, eòdem anno vsq; ad mortē est infirmata. Cumq; & ipsa, & alia virgo nomine Luikardis, quæ fuit *Herluca* neptis, languore inualescēte, decubissent in lectulis, audita est inter eas altercatio iocunda de prioritate migrandi ad cælestia regna. Vtraque enim obtendit qualemcunque causam, quare præire deberet sociam.

b De hoc in Vita Gregorij VII. ad finem. Vbi & annus mortis eius notatus.

XXXI. Interea Iudita defuncta in cœmeterio monasterij, quod fons^c Wessini dicitur, est sepulta, & exinde apparuit *Herluca* cum magna gloria.

chodie per Anastrophem, VVessebrun.

XXXII. Denique semel interrogavit eam, si qua viueret futura compar eius in tanta claritate. *Vivit, inquit, Agnes, Comitū Ottonis de Daninga in Admontensi Cœnobio Virginum conclusa.*

Besslo, qui & Vesslo, ab occidente cognominatur, fuit venator Theofaloni tertij, à quo Vessobrunna cœnobium superioris Bavarie nomen habet, inquit Auentinus in suo Glossario. d Vigiliarū festi trium Regum & suis.

XXXIII. Præsens festiuitas Theophaniæ monet me reuelationē in Theophania factam repetere, quā & hodie locutus ad plebē commemoravi, & post agnitū *Herluca* transitū Karopoli scriptam destinavi. Cum adhuc felicitis memoriæ Douda, mater Karopolis, viueret, ipsa & *Herluca* sanctissimā^d noctem Theophaniæ quadā vice peruiligem in orationib. duxerūt. Tū verò beatissimus

Leui-

Leuita Laurentius, vultu splendidus, veste rutilus cum magna sanctorum multitudine introiens in Oratorium DE I genitricis, sanctiq; Wictorpi confessoris, approximaui Herluca, ei que blandiens ait: Noli filia deinceps esse sollicita super Baldeberti Patris tui animam: quoniam precibus tuis adiuta, luce fruitur perpetua. Post haec coeperunt inter se pia humilitate contendere, & neutra sibi, sed altera alteri meritum visionis attribueret.

XXXIV. Ex tunc praesagire, & omni studio pietatis praemunire sine suum Douda coepit; qui eam in proximo festo S. Matthiae Apostoli paratissimam, DE O gratias, inuenit.

XXXV. Libet autem occurrentia memoriae beneficia praenominati Martyris in vnum colligere, eaque duntaxat, quae videntur ad instantem materiam respicere, quo, si forte in manus Romani Collectoris hoc opusculum peruenerit, cum ante paucos annos Romae positus, pollicitus sum additum ire, in promptu habeat collectam promissionis meae. Erat enim tunc in agro Verano, vbi videlicet corpus praclarissimi Martyris requiescit, nouicius quidam collector, & conscriptor beneficiorum eius, quae modernis temporibus accidisse compererat in diuersis mundi partibus.

XXXVI. Itaque tantam familiaritatem exhibuit S. Laurentius S. Herluca, ut raro se dixerit absque ipsius apparitione, atque deductione Sacramenta Dominici corporis, & sanguinis accepisse. Huius tamen dicti prima occasio data est in loco, qui dicitur *Berga*, vbi nuper multas, & magnas reliquias inuenit, & in eremum asportauit Henricus^a Bureburgensis Praepositus, annuente Ottone vtriusque habitationis defensore. Pater namq;

cius

^a *Beurberg* seu
Peilberg. Monasterium Canon. Regul.